ROSARIUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

Per sígnum Sanctæ Crucis ✠ de inimícis nostris ✠ líbera nos, Deus noster ✠
In nómine Patris †, et Fílii †, et Spíritus Sancti †. Amen.

℣. Dómine, labia mea aperies.
℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. Deus in adiutórium meum intende.
℟. Dómine, ad adiuvándum me festina.

Gloria

℣. Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

℟. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen.

Actus contritionis

Deus meus, ex toto corde pǽnitet me ómnium meórum peccatórum, éaque detéstor, quia peccándo, non solum pœnas a te iuste statútas proméritus sum, sed præsértim quia offéndi te, summum bonum, ac dignum qui super ómnia diligáris.
Ídeo fírmiter propóno, adiuvánte grátia tua, de cétero me non peccatúrum peccandíque occasiónes próximas fugitúrum. Amen.

Confíteor

Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Iohánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, et ómnibus Sanctis, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ídeo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michǽlem Archángelum, beátum Iohánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, et omnes Sanctos, oráre pro me ad Dóminum, Deum nostrum. Amen.

Sýmbolum Apostolórum

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem Cœli et térræ.

Et in Iesum Christum, Fílium eius únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descéndit ad Ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad Cœlos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos.

Credo in Spíritum Sanctum, Sanctam Ecclésiam Cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam.

Amen.

Sýmbolum Nicænum Constantinopolitanum

Credo in unum Deum, Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium óminum et invisíbilium.

Et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei unigénitum, et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salútem descéndit de cælo. [genuflectitur] Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine: et homo factus est. [surgitur] Crucifíxus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus, et sepúltus est. Et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascéndit in cælum: sedet ad déxteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória iudicáre vivos et mórtuos: cuius Regni non erit finis.

Et in Spíritum Sanctum, Dóminum, et vivificántem, qui ex Patre Filióque prócedit. Qui cum Patre et Fílio simul adorátur, et conglorificátur. Qui locútus est per Prophétas.

Et Unam Sanctam, Catholicam, et Apostólicam Ecclésiam.

Confíteor unum baptísma in remissiónem peccatórum. Et expécto resurrectiónem mortuórum, et vitam (☦) ventúri sæculi. Amen.

Pater Noster

℣. Pater noster, qui es in Cœlis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat Regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in Cœlo et in terra.

℟. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem, sed líbera nos a malo. Amen.

Ave María

℣. Ave María, gratia plena, Dóminus tecum. Benedícta tu in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.

℟. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hóra mortis nostræ. Amen.

Maria Mater Gratiæ

℣. María, mater grátiæ, mater (caritatis et) misericórdiæ.

℟. Tu nos ab hoste prótege, et mortis hora súscipe.

Oratio Fátimæ

O mi Iesu, dimítte nobis débita nostra, líbera nos ab igne Inférni, alléva ánimas Purgatórii, præsértim illas quæ máxime relíctæ sunt.

Meditatiónes Rosárii

I. Mystéria Gaudii

(feriæ secunda et quinta et Dominica Adventi) (feria secunda et sabbatum)

Primum mysterium: Angelus Domini nuntiávit Mariæ. Missus est angelus Gabriel a Deo, ad Virginem Mariam et ingressus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum. Concipies et paries filium et vocabis nomen eius Iesum.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Secundum mysterium: Maria Elisabeth visitat. Maria abiit in montana cum festinatione et salutavit Elisabeth: quæ repleta Spiritu Sancto, exclamavit.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Tertium mysterium: Iesus in Béthleem nascitur. Peperit Maria filium suum primogenitum et pannis eum involvit et reclinavit eum in præsepio.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Quartum mysterium: Puer Iesus in templo presentátur. Tullerunt Iesum in Ierosolymam ut sisterent Domino.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Quintum mysterium: Puer Iesus in templo invenitur. Dixit mater Iesu ad illum: Fili mi, quid fecisti nobis sic? Et ait ad illos: Ne sciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse?

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

II. Mystéria Doloris

(feriæ tertia et sexta et Dominica Quadragesimæ) (feriæ tertia et sexta)

Primum mysterium, Iesus in horto Gethsémani orat. Venit Iesus in prædium cui nomen est Gethsémani et dicebat: Abba Pater, transfer calicem hunc a me, sed non quod ego volo, sed quod tu.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Secundum mysterium, Iesus flagéllis cæditur. Pilatus tradidit Iesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Tertium mysterium, Iesus spinis coronatur. Milites autem, induunt Iesum purpura et imponunt ei plectentes spineam coronam et cœperunt salutare eum: Ave Rex Iudæorum.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Quartum mysterium, Iesus cruce oneratus Calvariæ locum adit. Educunt Iesum ut crucifigerent eum, et perducum illum in Golgotha locum quod est interpretatum Calvariæ locus.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Quintum mysterium, Iesus in cruce moritur. Erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum. Et facta hora sexta tenebræ facte sunt per totam terram usquem in horam nonam. Et hora nona, Iesus, emissa magna voce, expiravit.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

III. Mystéria Gloriæ

(feria quarta, sabbatum et Dominica Paschalis Pentecostesque) (feria quarta et dies Dominica)

Primum Mysterium: Iesus a mórtuis resurgit. Dixit angelus mulieribus : Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic. Sed ite, dicite discipulis eius et Petro. Præcedit vos in Galilæam ibi eum videbitis sicut dixit vobis.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Secundum mysterium: Iesus cœlos ad gloriam Patris ascendit. Dominus Iesus, postquam locutus est discipulis, assumptus est in cœlum et sedit a dextris Dei.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Tertium mysterium: Spíritus Paráxlitus supra discípulos descéndit. Discipulis omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et Maria matre Iesu, et fratribus eius; et cum complerentur dies Pentecostes, repletis sunt omnes Spiritu Sancto.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Quartum mysterium: Maria Vírgo in Cœlum assumpta est. Exaltata est Virgo Maria super omnes cœlos. Venite omnes, magnificemus Christum Regem cuius Regnum est ómnium sæculorum.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Quintum mysterium: Maria Virgo in Cœlis Regina coronatur. Cœli reginam Mariam te iure fatemur, ex cuius thalamo processit sol iustitiæ. Nomen tuum ita magnificavit Dominus ut non recedat laus tua de ore hominum.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

IV. Mystéria Lucis

(feria quinta)

Primum Mysterium: Iesus in Iordane baptizatur. Venit Iesus a Nazareth Galilææ et baptizatus est in Iordane ab Iohanne et vox facta est de cœlis: Tu es Filius meus dilectus, in te conplacui.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Secundum mysterium: Iesus apud Canénse Matrimónium se autorrevélat. Deficiénte vino, dicit matri Iesu ministris. Quodcúmque dixéris vobis, fácite. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ et manifestavit gloriam suam.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Tertium mysterium: Iesus regnum Dei proclamat et ad comversiónem invitat. Venit Iesus in Galilæam, prædicans Evangelium Dei et dicens: Impletum est tempus et adpropinquavit regnum Dei. Pænitemini et credite Evangelio.

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Quartum mysterium: Iesus in monte transfigurátur. Assumit Iesus Petrum et Iacobum et Iohannem fratrem eius et ducit illos in montem excelsum seorsum, et transfiguratus est ante eos.

Quintum mysterium: Iesus Eucarístiam instítuit. Et accepto pane gratias egit et fregit et dedit eis dicens: hoc est corpus meum quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem postquam cenavit dicens: hic calix novum testamentum est in sánguine meo qui pro vobis fúnditur

Pater Noster, 10 Avemaria, Gloria et Oratio Fatimæ.

Oratiónes ad fínem Rosárii dicéndæ

Salve Regína

Salve Regína, Mater misericórdiæ, vita, dulcédo, et spes nostra, salve.
Ad te clamámus éxsules fílii Evæ. Ad te suspirámus, geméntes et fléntes in hac lacrimárum valle.
Eia, ergo, Advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte.
Et Iesum, benedíctum fructum ventris tui, nobis post hoc exílium osténde.
O clemens, O pía, O dulcis Virgo María. Amen.

Memoráre

Memoráre, O piíssima Virgo María, non esse audítum a sǽculo, quémquam ad tua curréntem præsídia, tua implorántem auxília, tua peténtem suffrágia, esse derelíctum. Ego tali animátus confidéntia, ad te, Virgo Vírginum, Mater, curro, ad te vénio, coram te gemens peccátor assísto. Noli, Mater Verbi, verba mea despícere; sed audi propítia et exáudi. Amen.

Sub tuum præsídium

Sub tuum præsídium confúgimus, sancta Dei Génetrix; nostras deprecatiónes ne despícias in necessitátibus; sed a perículis cunctis líbera nos semper, Virgo gloriósa et benedícta. Amen.

Magníficat

Magníficat † ánima mea Dóminum. Et exsultávit spíritus meus in Deo, salutári meo. Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes. Quia fecit mihi magna, qui potens est: et sanctum Nomen eius. Et misericórdia eius, a progénie in progénies timéntibus eum. Fecit poténtiam in bráchio suo, dispérsit supérbos mente cordis sui. Depósuit poténtes de sede, et exaltávit húmiles. Esuriéntes implévit bonis, et dívites dimísit inánes. Suscépit Ísraël púerum suum, recordátus misericórdiæ suæ. Sicut locútus est ad patres nostros: Ábraham, et sémini eius in sǽcula.

Gloria…

Litaníæ Lauretánæ

℣/℟. Kýrie, eléison.

℣/℟. Christe, eléison.

℣/℟. Kýrie, eléison.

℣/℟. Christe, audi nos.

℣/℟. Christe, exáudi nos.

℣. Pater de cœlis Deus.

℟. **Miserére nobis.**

℣. Fílii Redémptor mundi Deus.

℣. Spíritus Sancte Deus.

℣. Sancta Trínitas, unus Deus.

℣. Sancta María.

℟. **Ora pro nobis.**

℣. Sancta Dei Genétrix.

℣. Sancta Virgo vírginum.

℣. Mater Christi.

℣. Mater Ecclésiæ.

℣. Mater Divínæ grátiæ.

℣. Mater puríssima.

℣. Mater castíssima.

℣. Mater invioláta.

℣. Mater intemeráta.

℣. Mater amábilis.

℣. Mater admirábilis.

℣. Mater boni Consílii.

℣. Mater Creatóris.

℣. Mater Salvatóris.

℣. Mater Eucharistíæ.

℣. Virgo prudentíssima.

℣. Virgo veneránda.

℣. Virgo prædicánda.

℣. Virgo humílima.

℣. Virgo potens.

℣. Virgo clemens.

℣. Virgo fidélis.

℣. Spéculum iustítiæ.

℣. Sedes sapiéntiæ.

℣. Causa nostræ lætítiæ.

℣. Vas spirituále.

℣. Vas honorábile.

℣. Vas insígne devotiónis.

℣. Rosa mýstica.

℣. Turris Davídica.

℣. Turris ebúrnea.

℣. Domus áurea.

℣. Fœderis arca.

℣. Iánua Cœli.

℣. Stella matutína.

℣. Salvatiónis arca.

℣. Mýstica cívitas Dei.

℣. Adorátrix perpétua Iesum Sacramentátum.

℣. Salus infirmórum.

℣. Refúgium peccatórum.

℣. Consolátrix afflictórum.

℣. Auxílium Christianórum.

℣. Corredemptóra humánum genus.

℣. Mediátrix ómniæ gratiárum.

℣. Terror dæmónium.

℣. Exterminátrix ómniæ heresíæ.

℣. Debelátrix insídiæ dǽmoni.

℣. Regína Immaculáta.

℣. Regína Angelórum.

℣. Regína Patriarchárum.

℣. Regína Prophetárum.

℣. Regína Apostolórum.

℣. Regína Mártyrum.

℣. Regína Confessórum.

℣. Regína Vírginum.

℣. Regína Sanctórum ómnium.

℣. Regína sine labe origináli concépta.

℣. Regína in Cœlum assúmpta.

℣. Regína Sacratíssimi Rosárii.

℣. Régina clericórum.

℣. Regína Ecclésiæ.

℣. Regína famíliæ.

℣. Regína pacis.

℣. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi.

℟. Parce nobis, Dómine.

℣. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi.

℟. Exáudi nos, Dómine.

℣. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi.

℟. Miserére nobis

℣. Ora pro nobis, Sancta Dei Génetrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio

℣. Orémus [si clerico] .

Concéde nos fámulos tuos, quǽsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et, gloriósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum.

vel

Deus, cuius Unigénitus per vitam, mortem et resurrectiónem suam nobis salútis ætérnæ prǽmia comparávit: concéde, quǽsumus, ut hæc mystéria sacratíssimo beátæ Maríæ Vírginis Rosário recoléntes, et imitémur quod cóntinent, et quod promíttunt assequámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Oratio Leonis XIII ***(contra dæmonia)***

Sancte Michael Archangele, defende nos in prœlio. Contra nequitiam et insidias diaboli, esto præsidium. Imperet illi Deus, supplices deprecamur.

Tuque, Princeps Militiæ Cælestis, Satanam aliosque spiritus malignos qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute, in infernum detrude. Amen

℣. Ave Maria Puríssima.

℟. Sine labe concepta

In nómine Patris †, et Fílii †, et Spíritus Sancti †. Amen.

Benedictio Apostolorum [A Papa vel clerico sub indulgentia]

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sit nomen Dómini benedictum.
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Benedicat vos omnipotens Deus, Pater †, et Filius †, et Spiritus Sanctus †.
℟. Amen.